



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

Festvm Resvrrectionis D. N. Iesv Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

sole.
cem,
ex-
&
re-
non
vel
um,
per-
gebit
nis.
, ac
pa-
e in
, ut
æli.
bul-
itè,
ipta
bus
li-
no-

T.

FESTA MOBILIA.

FESTVM RESVRRECTIONIS D.N. IESV CHRISTI.

IO triumphē! Io! Vicisti Christe amor meus! agnosco vultum victorem, & victricem, quā hostis meus cecidit, manū: video in bono Duce victoriae vestigia, plagas adversas: laudo trophæum nobile, Crucis arborem. Ecce ante currus triumphales cum mundo dæmonē, cum morte carnem. Io! cæli plaudite: aër insona: triumphū clamate litora: terra resulta: & tu Echo mille hodie ora indue. Heus! adeste quotquot estis mundi cives! quercus, imò nemora spoliate, & Servatori vestro Cœivam ferte. Agite veris arva latissima, rectè omne, quod vobis est, gramen suppeditatis. Nam obsidionalem non jam urbs, sed orbis debet obsidio dæmonis liberatus. Eia, quid moras necritis, qui in lacrimis natatis naufragi? quin tabulas colligitis, & Navalē paratis illi, qui victor Stygem trajecit? Quin Caſtrenſi ornatis eum, qui primus caſtra Phlegethontis victor transcendit? Ecce Angeli ramis suis Palladēm ſpoliant feruntque Oleaginam illi, qui pacem DEVVM inter & homines potuit componere. Sed nunquid Triumphiſis

A 5 obli-

10 *Fest. mobilia.*

obliviscemur coronæ? Ecce ultro laurus in fertum abit, æternam viriditatem sperans, si hæc tempora contigerit. Sed & tu abi in ignes omne aurum, & exi corona Triumphatori meo. At tu cape has coronas viator Amor, & si omnibus his rosæ sese immisceant, ne has repudia. Spinæ nuperæ dederunt.

FESTVM ASCENSIONIS
D.N.IESV CHRISTI.

K
254
IO! iterum: iterum Io! iterum Trium-
phe! Ecce amor meus triumphans
Capitolium cœleste petit! Ecce obvios
omnes cœli cives! Ecce creptos orco &
servatos Patres, omnes cœli libertate
pileatos! O numerum daretur horum
angere! ô ultima triumphi appendix
pedibus harrere possem triumphantis!
Vicisti eja Amor Christe amatum. Eu-
manus do vietas. Victrum ecjur non
etiam in triumphum ducis? Ecce sequar
vel vincitus currum. Heu mihi! sine me
hem jam nubes transit, hem Christus
habet muros! Hæc nimirum ab inferis
reduci viatori unica corona deerat, *Mu-
ralis*. Hanc quoque, dum primus hodie
amor meus in cali mœnia evadit, pri-
mus tulit. Sed ne animum despondete
cæteri, qui bellum cœlo facitis, & vi a-
micâ cœlum itis expugnatum. Auferet
(iterum moneo) hanc etiam secundus,
tertius, etiam ultimus. Imò ultimus
dri-